

VERITATIS
DIVINAE DOCTORES,

TAMQVAM
ΣΤΥΛΟΥΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ,
EX GAL. II, 9. SISTIT,

AC SIMVL
V I R O
MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO,
DOCTISSIMO,
D O M I N O
M. CHRISTIANO WEISSIO,

S.S. THEOLOGIAE BACCALAVREO, ET AD AEDEM NICOLAI
LIPSIENSEM DIACONO MEDIO FIDELISSIMO,

V I R O
DE RE SACRA ET LITTERARIA PRAECLARE MERENTI,
ET INSIGNI PVRIORIS DOCTRINAE COLUMNAE,
P A T R O N O A C P R A E C E P T O R I,
PIA MENTE DEVENERANDO,

Q V O D I E
SVMMOS IN THEOLOGIA CAPESSENDI HONORES
L I C E N T I A M

EX MERITO CONSEQVEBATVR,
INTER COMMVNES MV SARVM LIPSIENSIVM PLAVSVS,
SVAM QVOQVE
PIETATEM, MENTISQVE DECLARATVRA LAETITIAM,

ADPLAVDIT,
ET FAVSTA QVAEVIS EX ANIMO PRECATVR,
Q V A E S V B

EIVSDEM DELITESCIT MÓDERAMINE
Φ Ι Λ Ο Μ Α Θ Ο Υ Ν Τ Ω Ν S O C I E T A S,
PVBLICO VOTORVM, PLAVSVVM AC PIETATIS
I N T E R P R E T E,

CHRISTIANO ERNESTO SCHMIDIO,
RABENAVIA-MISNICO.

L I P S I A E,
LITTERIS BREITKOPFIANIS.

oll. diss. A
17, 14

D. J. A. 207 (14)

~~LIX. 40~~ 6

VERITATIS
DIVINAE DOCTORIS

ET VICE-RECTORIS

ALMA MATER

W. R. O.

MAJESTATEM

D. O. M. I. N. O.

M. CHRISTIANO WEISSIO

PHILOSOPHIAE

V. I. R. O.

DE RE PUBLICA

ET POLITICAE

PHILOSOPHIAE

SVI MORI IN THEOLOGIA CESSENDI HONORIS

D. J. O. E. N. T. I. A. M.

IN TERRA COMMUNIS MARIARUM ALIENIUM PAVIS

PHILOSOPHIAE

ET RECTORIS

PHILOSOPHIAE

PHILOSOPHIAE

M. CHRISTIANO ERNSTO SCHMIDIO

PHILOSOPHIAE

ET RECTORIS

PHILOSOPHIAE



V I R

MAXIME REVERENDE, AMPLISSIME,
DOCTISSIME,

PATRONE ET PRAECEPTOR, HAUD FVCATO
AMORIS, REVERENTIAE AC PIETATIS CVLTV, DVM
VITA MANET, SVSPICIENDE,

Tacita quae TE huc usque coluit, pietas, erga TE nostra, insolito hodie incalescit igne, foras erumpit, Tibique leue quoddam magni istius, quod mente concepit, gaudii consecrare gestit documentum. Proximos enim a summis in Theologia honores Tibi Venerandus Theologorum Lipsiensium ordo, inter iustas omnium bonorum, Tibi ex animo congratulantium, voces, laeto hoc die impertitur. Latissimus igitur, excurrendi in merita & egregias animi dotes, quas purior in TE dudum venerata fuit ecclesia, nobis hodie aperiretur campus, iustamque earum celebrationem & nostri ratio officii, & ipsa huius diei solemnitas, suo quodam iure, a nobis exposcere viderentur. Sed veremur, ne ex una parte in Tuam hac re iniurii simus humanitatem ac modestiam, quae et meritiissima laudum respuit praeconia; ex altera autem, ne balbutientis linguae imbecillitate Tuis plus detrahatur, quam addatur, laudibus. Hinc silet de iis mens, Tibi quidem deuinctissima, sed TEcum vana laudum plaustra, quae eiusmodi occasionibus congerere solent alii, dudum exosa. Tua interim erga nos beneuolentia, plane singularis, paternus prorsus animus et Tua, in nos pariter, atque uniuersum coetum, sacris purioribus addictum, merita manebunt nobis alta mente reposita, sed grato potius recolentur pectore, quam prolixa praedicabuntur oratione. Vota igitur precesque, pro Tua, Gentisque Tuae, incolumitate perpetua, in hisce, Tibi consecratis, litteris utramque expleant paginam. Vota, quae integerrima mentis nuncupat sinceritas; vota, quae dies, et Tibi, et academiae, et nobis, solemnibus, exigit; vota, quae Deus, certissimus precum piarum vindex, clementissime implebit. Adsit igitur Deus Tuus, quem a teneris singulari mentis religione coluisti, Tibi, Vir, et muneris et meritorum dignitate Venerabilis, in posterum quoque propitius. Vires animi pariter, atque corporis, Tibi seruet inconcussas, ne concatenatis, qui TE undiquaque circumstant, ante diem minuantur, franganturque laboribus; quin potius sub perenni negotiorum onere crescant magis, et semper viuidiore adpareant. Mentem inuictam, robur diuinum, gratiam vberissimam summum Numen, quod talia curat, Tuis porro adspiret conatibus, quibus solam diuinae maiestatis gloriam, solam doctrinae purioris integritatem, pie, sapienter ac solide intendis. Serus sit dies ille, serus, et

A 2

nostro

nostro aevo serior, qui TE, Piissime, Fidissimeque Praeceptor, in maximum ecclesiae luctum rebus subtrahat humanis, et sanctissimam animam ad caelestes, unde terris data erat, reuehat sedes. Quam diu autem, (det modo Deus, ut anni, Tibi decreti, placidum Venerandi Senis, beati patris, quem, praematura morte rebus nostris ereptum, sacra nobiscum diu doluit ciuitas, et cuius in pace perstat memoria, senectutem longissime superent), his in terris Deo, publicisque inseruiet commodis: tam diu etiam caelestis ille omnis humanae felicitatis auctor TE omnibonorum copia praestet affluentem, aduersae sortis insultus a TE benignissime propellat, totamque Tuam Familiam omni beatitatis genere exhilaret. Sic de Tua salute, tot ardentissimis expetita votis, nostra laetabitur Lipsia, quae per Dei gratiam, frementibus undique hostibus, ducentos nunc annos diuino lucis euangelicae splendore fuit illustrata, eiusdemque conseruationem, festo hoc praesertim tempore, Deo piis precibus grata, laeta et anxia commendat. Sic veritas diuina, quae nostra hac tempestate maxime versatur in ancipiti, TE, aliisque inuictis sacrorum puriorum doctoribus superstitionibus, contra callidissima aduersariorum consilia, diuinis tecta praesidiis, perstabit illibata. Sic illi sanioris doctrinae alumni, quibus TV, laboris mutationem, cum Traiano, refectionis instar aestimans, ad solidiora caelestis sapientiae adyta viam recludis, ex ore Tuo facundissimo largissima studiorum capient incrementa. Sic nostra societas, cui penitior quaedam rerum diuinarum cognitio curae est cordique, TE salvo ac sospite, laeta florebit, et, TE duce, in dies magis ad ἀποκερρυμένα ἀπ' ὀφθαλμῶν τῆ νόσου τῆς κατ' εὐσεβείαν διδασκαλίας μυσήρια penetrabit. Tantum vero abest, ut dubitemus, Deum O. M. precibus hisce, pro salutis Tuae perennitate sincere prolatis, locum benignissime esse daturum, ut potius nostra certo confidat pietas, fore, ut vita longaeua, tranquilla et nouis in dies gratiae diuinae documentis plena, Tibi desuper, in solatium ecclesiae et academiae ornamentum, clementissime concessa, nostris ex asse respondeat votis. De caetero, ulteriorem Tuam erga nos beneuolentiam, Tuumque patrocinium, non tam anxie nostra sibi expetit societas, quam Tuus eandem nobis ultro pollicetur amor, nosque iubet esse certissimos, quod propensissimum Tuum in nos omnes, et in illum quoque, cuius laeta mens et manus, quae TE singulari quodam reuerentur studio, reliquorum nomine hanc amoris Tibi offert tesseram, animum, perinde ac nostram erga TE pietatem, neque tempus neque locus, neque caelum aliud sint mutatura. Valeas igitur, Vir, tenerrimo pietatis cultu Deuenerande, et, diuinae iterum iterumque commendatus tutelae, opus Domini, Tibi concreditum, pari, ut haecenus, mentis ardore, cura et fructu, semper agas feliciter. Vale. Dab. Lips. d. VII. Cal. Septembr. A. O. R. c1o1o cc XXXIX.



CON-



CONSPECTVS DICTORVM.

- | | |
|---|--|
| §. 1. Inter nomina, ecclesiae doctoribus tributa, eminere illud, quo $\zeta\lambda\omicron\iota$ adpellantur; | §. 7. Verba: $\omicron\iota\ \delta\omicron\kappa\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\varsigma\ \epsilon\acute{\iota}\nu\alpha\iota!$ |
| §. 2. Oraculum ex Gal. II, 9. eiusque nexus & scopus; | §. 8. $\Delta\epsilon\acute{\xi}\iota\alpha\iota\ \kappa\omicron\iota\iota\omega\nu\acute{\iota}\alpha\varsigma$ |
| §. 3. Personae, hoc insignitae nomine; | §. 9. Non solos apostolos, sed omnes $\pi\iota\sigma\mu\epsilon\varsigma\ \mu\upsilon\sigma\eta\tau\epsilon\acute{\iota}\omega\nu\ \Theta\epsilon\acute{\omicron}\ \omicron\iota\kappa\omicron\nu\omicron\mu\omicron\varsigma$ hoc ornandos esse nomine; |
| §. 4. Vera, variaque, vocis $\zeta\lambda\omicron\iota$ notio; | §. 10. Alia, huic confinia, scripturae loca; |
| §. 5. Genuinus eiusdem hoc in loco sensus; | §. 11. Illustre Pauli 1 Tim. III, 15. effectum contra Pontificios; & |
| §. 6. Denominandi rationes; | §. 12. Quaedam ex hac adpellatione consuetaria, breuibus expediuntur. |

§. I.



ot profecto, tanque eximia sunt, quae fidis verbi ministris, in sanctioribus litteris, tum ab ipso Deo, tum a viris, $\theta\epsilon\omicron\pi\pi\upsilon\epsilon\upsilon\sigma\iota\alpha\varsigma$ gloria claris, imponuntur nomina α), ut vel ex iis summa huius muneris dignitas, summa huius dignitatis grauitas, unicuique, rem curatius expendenti, illucescat. Firma igitur atque immota, quam diu verbi diuini, cui tamen sine carituram ipse Deus promisit perennitatem, perdurabit valor, adfertur illius Paulini perflabit veritas, quod ad munus sacrum

α) Sic enim legati Dei ad homines dicuntur Ier. VII, 25. coll. Matth. X, 16. et Act. XVI, 17. sic vigiles audiunt Ezech. III, 17. et c. XXXIII, 7. sic $\epsilon\pi\acute{\iota}\sigma\kappa\omicron\pi\omicron\iota$ Act. XX, 28. et Tit. I, 7. sic $\omicron\iota\kappa\omicron\nu\omicron\mu\omicron\iota$ $\rho\omicron\iota\kappa\iota\lambda\eta\varsigma\ \chi\acute{\alpha}\rho\iota\tau\omicron\varsigma$ $\Theta\epsilon\acute{\omicron}$ 1 Petr. IV, 10. coll. Eph. IV, 11. sic $\epsilon\pi\eta\eta\acute{\rho}\epsilon\tau\alpha\iota$ $\chi\rho\iota\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \omicron\iota\kappa\omicron\nu\omicron\mu\omicron\iota$ $\tau\acute{\omega}\nu\ \mu\upsilon\sigma\eta\tau\epsilon\acute{\iota}\omega\nu\ \tau\acute{\omega}\ \Theta\epsilon\acute{\omicron}$ 1 Cor. IV, 1. et Col. I, 25. sic $\Phi\acute{\omega}\varsigma\ \tau\acute{\omega}\ \kappa\acute{\omicron}\sigma\mu\omicron\varsigma$ Matth. V, 14. ut alia taceamus, adpellantur.

crum adspirans, magni momenti opus β) moliatur, ad quod maiori sane, quam a multis fieri solet, mentis reuerentia & soliditate γ) nobis est accedendum. Hinc quoque Timotheo, iuueni adhuc, sed ad magna ecclesiae commoda nato, Paulus plus vice simplici, in praescriptis ipsi theologiae pastoralis δ) institutionibus, ardui, quod in se susceperat, oneris memoriam ad animum reuocaturus, eundem magnificis, quibus illud exornat, titulis eo magis admonet, ad omnes officii sui partes diligenter obseruandas ε). Nos, hac vice tanti viri vestigia secuti, vnicum, quod verbi doctores nobis, tamquam *σύλως ἐκκλησίας*, sistit deuenerandos, nomen paulo sollicitius perscrutabimur.

§. II.

Trigam apostolorum, tamquam fulcra, nostris oculis proponit Paulus in sua ad conuersos in Galatia Christianos exarata epistola ζ). Scopus scriptoris sacri hic in eo versatur, vt hominum, viua in Christum fide iustificationum, felicitatem pariter ac libertatem suis tradat auditoribus. Urget praecipue gratiae diuinae in Christo amplitudinem, doctrinaeque suae diuinitatem simul, et consensum cum reliquis Christi apostolis, probare intendit. Vt prius euincat, vnicum esse euangelium, nec possibile, ait, vt aliud, idque verum,

παρ'

β) Ἐπισκοπῆς ἀρεγόμενος καλῶ ἔργα ἐπιθυμεῖ 1 Tim. III, 1. coll. B. Wolfio in curis ad h. l. vbi obseruat, ἔργον, ex idiotismo linguae, hic ἀντιπράγματος poni.

γ) Si qua enim temporum nostrorum, in deterius procliuium, et maiorem in dies Dei rerumque diuinarum contemptum impudica fronte prodentium, adferenda est ratio praecipua, ea non e longinquo petenda est, sed proxime nos adstat, et ex eo promanat, quod multi docentium non perpendant, quam arduo praesint muneri, et quod multi sacras adpetant prouincias, de quibus illud Phoebi valeret ex Ouid. L. II, Metam. v. 54. seqq.

Multa petis, Phaëton, et quae non viribus istis
Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.

δ) Merito hoc nomine Pauli ad Timotheum Titumque epistolae insigniuntur, quia breue quoddam theol. pastor. exhibent compendium.

ε) Eminent inter hos nomen ἐπισκόπος 1 Tim. III, 2. καλῶ 1. X. διακόνος c. IV, 6. καλῶ 1. X. στρατιώτα 2 Tim. II, 3.

ζ) Gal. II, 9. vbi ita de iis loquitur: οἱ δοκῶντες εἶναι σύλωι.

παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν η), ipsis a quopiam praedicetur: ad posterius vero confirmandum phrasi, ipsi alias quoque θ) satis familiari, utitur, quod doctrinam, ipsis sincere propinatam, non ab humana acceptam ferat sapientia, sed peculiari quadam sibi traditam reuelatione diuina ι). Prolixiorem deinde subiungit huius suae conuersionis historiam, gratiaeque diuinae, in eadem se luculenter prodentis, uertatem et ipse pia mentis recordatione veneratur, et ab aliis eam sistit laudatam, eandemque nobis omnibus admirandam proponit. Paulus enim, miro ad Christum perductus rerum ordine, ipse nunc aliis ad Christum uiam praeibat. Grauiissimo Christi affeclas qui modo persecutus fuerat odio, nunc euangelium de Christo palam profitebatur, aliorumque ideo lubens perferbat odium et conuicia. Res mira omnino, et quae multis primo intuitu doli atque insidiarum plena uidebatur κ). Cognita uero tandem atque perspecta gratia, Paulo per eundem, qui in Petro operabatur λ), spiritum concessa, laeto illum excipiebant animo, cum reliquo fidelium grege, apostoli, εὐλῆς in ecclesia, tunc temporis collecta, repraesentantes.

§. III.

Sunt igitur apostoli, eorumque numero tres, quos hoc quidem loco fulcra ecclesiae dicit apostolus. Nec nomina principum in coetu sacro uirorum celat scriptor sacer, sed Iacobi, Cephae & Ioannis facit mentionem. Quo notiora autem haec, quibus merito est adsurgendum, unicuique nostrum uidebuntur nomina; eo magis miraberis, et ueterum et recentiorum quosdam hic in diuersas adeo, relicta communi opinione, abiisse sententias. Canae antiquitatis si peruolueris scrinia, mentemque in remotiora ab hinc saecula reflexeris, quosdam inuenies, qui per Cepham, hic com-

η) c. I, 7. 8. 9.

θ) 1 Cor. XI, 23. et c. XV, 3. coll. Wolfio de hac phrasi, ubi ex Herodoto probat, Hebraismum ex phrasi παραλαμβάνειν exsulare.

ι) c. I, 12. coll. Act. VIII, 3. seqq.

κ) Non enim modo Ananias ad Paulum, recens conuersum, accedere reuebat Act. IX, 13. sed reliqui etiam fideles φοβῶντο αὐτόν v. 26.

λ) Gal. II, 8. 9. quod iterum doctrinae exhibet identitatem, cum illa eundem et in Petro et in Paulo agnoscat auctorem.

commemoratum, aliquem, Martialis nomine celebrem, intelligendum esse existimauerunt μ). Sed nec nostra aetate nouae adorandae sententiae defuit, societatis Ignatianae in Gallia presbyter, Harduinus, qui non Cepham modo, sed Iacobum quoque et Ioannem, diuersas plane ab apostolis, his quidem nominibus conspicuis, fuisse personas, pleno hiatu contendit ν). Nec difficile est iudicatu, quare homo, Pontificiorum sacris addictus, magno id agat conatu, vt nobis persuadeat, distinctos ab apostolis hic innui viros. Veretur enim callidus vir, ne iactata adeo a Papicolis, et Petro praesertim, cuius se temere gloriantur successores, inaedificata, detrimenti quid patiatur, aut plane corruat, Papae Romani infallibilitas, si concederet, Petrum ipsum, $\kappa\omicron\rho\rho\upsilon\phi\alpha\acute{\iota}\omicron\nu\varsigma$ ξ) sedis Pontificiae, ab errore, et iusta Pauli reprehensione, sibi inde contracta, non fuisse immunem \omicron). Ast sententiae huius, ab Harduino in scenam productae, sed ab ipsis sanioribus Pontificiis dudum protritae, praesidia, tanto studio conquisita, solide disiecit, sacrae pariter atque eruditae ciuitatis ornamentum, Magnus praeful noster, Deylingius π), quem patronum et praeceptorem nostra veneratur pietas. Perstamus igitur in receptissima huius oraculi interpretatione, quae tres apostolos, Iacobum, et quidem Alphaei filium,

- μ) Relatam simul, et refutatam, eorum lege sententiam in B. Ittigii, praefulis quondam nostri, post fata quoque colendi, disp. de patribus apost. p. 74.
- ν) In peculiari hac de re diff. quae exstat in Opp. eius Selectis p. 920. seqq. vbi inter alia argumenta in fronte statim collocat Clementem Alex., qui iam saec. III. ineunte, teste Eusebio L. I. H. E. c. XII. p. 30., dixerit, Cepham hunc, a Paulo reprehensum, $\xi\eta\alpha$ $\gamma\epsilon\gamma\omicron\nu\epsilon\gamma\alpha\iota$ $\tau\omega\nu$ $\xi\beta\delta\omicron\mu\eta\kappa\omicron\nu\tau\alpha$ $\mu\alpha\theta\eta\tau\omega\nu$, $\omicron\mu\omega\nu\nu\mu\omicron\nu$ $\Pi\acute{\epsilon}\tau\rho\upsilon$ $\tau\upsilon\chi\acute{\alpha}\nu\omicron\nu\tau\alpha$ $\tau\omega$ $\acute{\alpha}\pi\omicron\sigma\omicron\lambda\omega$.
- ξ) $\kappa\omicron\rho\rho\upsilon\phi\alpha\acute{\iota}\varsigma$ nomine, quod, teste Suida, $\pi\rho\omega\tau\omicron\nu$ $\tau\omega\nu$ $\chi\omicron\rho\rho\upsilon\tau\omega\nu$ notat, patres saepissime Petrum designant, vti docet Suicer. T. II. Thes. p. 708.
- \omicron) Si enim ipse Petrus non fuit $\acute{\alpha}\mu\epsilon\mu\pi\lambda\omicron\varsigma$, iustamque meruit censuram, qui tamen apostolatus eminebat dignitate; nulla omnino est Papae Romani, falli ac fallere nescia, potestas.
- π) P. II. Obf. Sac. O. XLV. §. 6. p. 525. seqq. vbi, reiecta Dorothei, quem simul allegat Harduinus, auctoritate, ostenditur, nihil valere vnicum, de quo praeterea, an geminum sit, magna lis intercedit, testimonium; eisdem Chrysostomus opponitur, et omnia alia Harduini commenta funditus euertuntur.

filium, seu minorem ρ), Petrum et Ioannem euangelistam, *σύλεις* hic a Paulo vocari, suo iure adseuerat. Rationes, quae nos mouent, vt huic subscribamus sententiae, desumimus ex scopo apostoli, qui eo tendit, vt se non minorem esse *τοῖς δοκῶσιν* I. X. *ἀποστόλοις* σ), euincat; ex ipsa denominatione, quae omnium maxime *τοῖς δώδεκα* conueniebat, tamquam primis et praecipuis purioris doctrinae praeconibus; et tandem ex veritate historica, qua edocemur, hos tres apostolos praecipue *ἀποστολὴν περιτομῆς*, sicut Paulus *τὸ τῆς ἀκροβυστίας* praedicabat *εὐαγγέλιον*, fuisse exsecutos. Addit his non inique Tillemontius τ), scriptor Papaeus, omnis aevi consensum, et quod solius Petri auctoritate in erroris societatem ac simulationis crimen inductus fuerit Barnabas, vna cum Petro, *ἐκ ὀρθοδοξῶν πρὸς τὴν ἀλήθειαν τῆς εὐαγγελίας* υ), a Paulo, strenuo veritatis defensore, reprehensus. Mirari quoque desines, quare hos praesertim tres coniungat apostolus, si animo tecum reputaueris, iteratis vicibus hoc ab ipso Christo φ) apostolorum neci trifolium.

§. IV.

Cognitis nunc viris, quos hac, admodum honorifica, adpellatione dignatur apostolus; ipsa propius lustranda est, qua eos insignit,

- ρ) Occisus enim iam ab Herode erat Iacobus maior Act. XII, 2.
 σ) Gal. II, 6. vbi notandum, *δοκῶντες* idem esse, atque *ἐνδοξῶντες*, qui sunt in pretio et existimatione, et opponi *ἀδοκῶσιν*, ignobilibus: perinde ac Pindarus Od. v. II. Nem. cecinit: *πέσ' εἰς ἀδοκῶντα καὶ δοκῶντα*, cadit in ignobilem aequae et in celebrem. Plura in hanc sententiam dabunt Gatackerus in Aduersf. Misc. L. I. c. III. p. 188. & Wolfius in curis ad h. l.
 τ) T. I. P. II. in notis ad vitam S. Petri n. 33. p. 572. vbi Hieronymum, Chrysostomum, Gregorium M. et alios, tamquam sibi *ὁμοψήφους*, in medium producit.
 υ) Emphasin huius verbi ita exprimit Deylingius l. c. p. 520. *ἐκ ὀρθοδοξῶν* sunt, qui curuos faciunt gressus, recta via non incedunt, hypocritice agunt in religionis negotio, et a veritate deflectunt: conf. Zornium in Bibl. Antiqu. Exeget. T. I. p. 243.
 φ) Sic Christus hos tres suae in monte Thabor glorificationis testes eligebat Matth. XVII, 1. Marc. IX, 2. Luc. IX, 28. sic eosdem, morti proximis, sibi praesertim adiungebat Matth. XXVI, 37. et licet interfectus esset Iacobus, alter tamen huius nominis apostolus in eius locum succedebat.

signit, denominatio. Dicuntur autem ipsi *σύλοι*, et quidem, ut nos subaudiendum putamus, *ἐκκλησίας* seu *πίσεως*, ecclesiae aut doctrinae fidei; quia eiusmodi vocabulum supponendum poscit ipsa dictorum *συνάφεια*, quae gratiae diuinae magnitudinem, in propaganda tuendaque per apostolos fidei doctrina, veraque ecclesia, luculenter conspicuam, ampla praedicat oratione. At quae vera est huius *νομοθεσίας* ratio? quae natiua vocis *σύλος* est virtus? Duplicem sane huius vocabuli usum apud veteres deprehendimus Graecorum scriptores, proprium alium, alium improprium. De proprio *σύλος* significatu sollicitos lexicæ docent χ), columnam, fulcrum, stabilimentum, hoc designari nomine, illudque cum voce *σήλη*, profanis magis usitata scriptoribus, propemodum conuenire: hoc saltim obseruato discrimine, ut *σύλος* magnam quamdam ac praecipuam, *σήλη* vero leuiorem ac minorem aliquam ψ), indicare videatur columnam. Eruta propria vocis significatione, facile nunc erit iudicium de improprio eiusdem usu. Vel enim ad externam quamdam rei cum columna conuenientiam respicitur; quando v. c. nubes, Israëlis profapiam per desertum comitantes, Hebraeis ω) *מִדְבָּר*, Graecis vero *σύλοι α)*, adpellantur: vel ad internam rei virtutem, columnis similem, adluditur; quando e. g. inuicti rei cuiusdam propugnatores aut sustentatores β), a sa-

cris

χ) Descendit enim ab *ἴσημι*, et hinc Stephanus T. I. Thef. Gr. L. p. 1807. *σύλος*, inquit, videtur proprie esse columna, quae in aedificiis et machinis statuitur, ad ea fulcienda et stabilienda; *σήλαι* plerumque in locis publicis, inscriptionum maxime gratia.

ψ) Adfert hanc distinguendi rationem ex Godofredi Exerc. I. de Eccl. Suer. T. II. p. 1054. Aliam Philander in not. ad Vitruu. L. VI. c. IX. p. 120. suppeditat, quod *σήλη* quadratam, *σύλος* seu *κίων* rotundam, denotet columnam.

ω) Exod. XIII, 21. coll. c. XIV, 19. Num. XIV, 14. Neh. IX, 12. et aliis.

α) Non enim modo a patribus *σύλοι πυρός καὶ νεφέλης* adpellantur: cuius Clemens Alex. Strom. I. p. 348. hanc reddit rationem: *σημαίνει ὁ σύλος τὸ ἀνεκόνισον τῆ Θεᾶ· ὁ δὲ πεφωτισμένος σύλος, πρὸς τῷ τὸ ἀνεκόνισον σημαίνει, δηλοῦ τὸ ἐπίως καὶ μόνιμον τῆ Θεᾶ, καὶ τὸ ἀτρέπλον αὐτῆ φῶς, ἀσχημάτιστον* sed a Ioanne quoque angelo, de coelo ad ipsum descendenti, et mirabili forma conspicuo, inter alia *πόδες, ὡς σύλοι πυρός*, adseribuntur Apoc. X, 1.

β) Insigne huius rei, praeter alia, ex sacris aequè et profanis mox adferenda,

renda,

cris aequae ac profanis scriptoribus, *σύλοις* adsimulantur, *σύλοι*que vocantur.

§. V.

Neminem autem obtusa adeo, ut cum poeta loquamur, gesturum pectora confidimus, qui non primo statim adspectu perspiciat, *σύλος* vocem in loco, a nobis excitato, metaphorice, et quidem posteriori sensu, esse accipiendam. Agitur enim de hominibus, ratione praeditis, quos *σύλος*, proprie dictos, esse sanorum somniauerit nemo. Audiunt *σύλοι*, non ob externum quemdam figurae habitum, quem cum columnis aequalem habuerint, quippe inter quas et hominem viuum nulla mihi intercedere videtur proportio. Remanet igitur tertium, apostolos vocari *σύλος*, ratione muneris concrediti, et ob internum quemdam, quem, in re quadam sustinenda et ornanda, columnarum ad instar, exfererent, valorem. Frequentatam esse hanc loquendi rationem variarum gentium sermone, communi linguarum fere omnium, quae res, singulari quadam dignitate et firmitate eminentes, aequiparant columnis, confirmamur consensu. Sic enim Hebraei non modo praecipua doctrinae capita *עמודי חכמה*, columnas aiunt sapientiae γ), sed etiam principes rerum sacrarum doctores, *עמודי עולם*, fulcra mundi δ), a suis quandoque salutantur discipulis. Pari prorsus ratione, cum aliis, Graeci Latinique rerum gestarum conditores, honoris testandi causa, summos quosque in arte viros *σύλος* nominare consueuerunt ε). Eminent vero hic, quantum len-

ta
renda, in Curtii L. IX. c. 6. §. 8. prostat testimonium, ubi Craterus magnanimum Alexandrum his verbis ad maiorem salutis suae curam adhortatur: tu nos praestabis inuictos. Sed quis Deorum hoc Macedoniae columen ac sidus diuturnum fore polliceri potest, cum tam auide manifestis periculis offeras corpus, oblitus, tot civium animas trahere te in casum.

- γ) Sic enim Maimonides sub initio Iesode Torah §. 1. scribit *יסוד יסודי* *החכמה* fundamentum est fundamentorum et columna sapientiae, cognoscere aliquod ens primum, illudque existentiam largiri omni existenti.
- δ) Sic Abraham in Talmud Rubeni fol. 29. *עמוד העולם*, et paulo post Noachus *עמודי עולם* columna et fundamentum mundi adpellantur: alia eiusmodi loca ex Rabbinis congestit Cl. Schoettgen. in horis ad Gal. II, 9. p. 728.
- ε) Sic prolem masculam Euripides *σύλος οίκων*; sic Maecenatem Horatius, decus

ta solent inter cupressus viburna, patrum plurimi, qui magnanimos veritatis diuinae adsertores, constantissimos martyrum animos, et alia eiusmodi virtutis heroicae exempla, nobis sub columnarum sistunt imagine ζ). Sic Eusebium Samosatenum *σύλον καὶ ἐδραίωμα τῆς ἐκκλησίας, πατρίδος ἔρεισμα*, Gregorius Nazianzenus η); sic Paulum et Petrum *πύργους καὶ σύλους ἐκκλησίας*, Chrysostomus θ); sic Petrum et Ioannem *πύργους εὐσεβείας, σύλους ἀληθείας, τὰς τῆς ἐκκλησίας τὴν οἰκοδομὴν ὑπερείδοντας*, Theodoretus ι); sic fortissimos Christi martyres *σερῶμα τῆς Κυρίου σύλους, κραταιωθέντας ὑπ' αὐτῶν*, Dionysius Alexandrinus κ), adpellat. Faciem vero his similibusque summorum in coetu Dei virorum denominationibus absque dubio praetulit adlata Pauli: *οἱ δοκῶντες εἶναι σύλοι!* enunciatio λ).

§. VI.

Cum vero a priscis iam inde saeculis in more esset positum, vt praecipui reipublicae proceres columnarum, quibus publica quasi innitebatur salus, insignirentur nomine; suo iure vtitur apostolus, et tres hosce reipublicae sacrae principes fulcra ecclesiae et fidei,

quae decus columenque rerum, sic Pelea Catullus, Thessaliae columen, praeter alia, passim occurrentia, adpellauit.

ζ) Vtuntur hac dere vocibus *σύλος, πύργος, σερέωμα, κίων, ἐδραίωμα, στήριγμα, ἔρεισμα*, etc. quod prolixè docent, et exemplis illustrent Suicer. T. II. p. 1045. Gatacker. in Miscell. Aduers. L. II. c. XX. p. 386. et Morus in notis ad 1 Tim. III, 15. p. 186.

η) in Epist. XXIX. coll. Ep. XXXVIII. vbi alium episcopum vocat *πίσεως ἔρεισμα*.

θ) T. VI. Opp. Homil. LXIV. coll. Homil. LXXVI.

ι) Orat. X. de prouid. p. 441. Simili prorsus ratione Tertullianus c. XVI. de pudicit. Paulum immobilem disciplinarum columnam; & Petrum, Ioannem & Iacobum L. I. c. XX. adu. Mare. columnas apostolatus, adpellat.

κ) in Epist. ad Fabium Antioch., quae exstat apud Euseb. L. VI. H. E. c. 41.

λ) Fatís nuper peracerbo funere ereptus, Wolfius tale hoc de argumento fert iudicium: ex hoc loco procul dubio factum est, vt doctores veteris ecclesiae apostolos, nunc *σύλους*, nunc *πύργους*, nunc *σερέωματα*, nunc *στήριγματα*, nunc *κίονας*, frequenter adpellarent; in curis ad Gal. II, 9. Sic Ludolfus, postquam in Lex. Aethiop. Lat. col. 195. retulit, Cyrillum, singularis in ecclesia Aethiopica auctoritatis virum, *πύργον* columnam dictum fuisse, ait: sic vocant, ecclesiae principes, doctrinae luce fulgentes, tamquam fidei columnas, ex Gal. II, 9.

quae creditur, dicere non dubitat. In causas huius denominationis si inquisueris, eas ex haecenus adlatis in numero habebis. Possemus quidem hic ad varia columnarum genera, earundemque praestantissimas in architectura civili μ) utilitates excurrere, et exinde tertia, ut vocantur, eruere comparationis: sed hoc prolixo acturi studio, veremur, ne aliis extra oleas videamur vagati, et hinc eo magis intra cancellos, huic opellae destinatos, nostra se continebit tractatio, et hinc, vel duplicem denominandi rationem, sed rei, ut speramus, cardinem tracturam, adtulisse in medium, in praesenti erit contenta. Columnarum enim usus ad duo nobis praecipue redire videtur capita, ut scilicet aedificio cuidam aut ornameto sint, aut sustentationi ν). Vtroque certe respectu apostoli suo iure magnificentum hunc titulum, a Paulo illis tributum, merebantur. Erant enim non modo, singulare aevi sui decus, sed omnis quoque posteritas, *ὕψιστων λόγων* cupida, eos, ceu grande lacrorum defaecatorum, venerabitur, ornamentum. Ast non minor profecto eorumdem in veritate, desuper ipsis patefacta, propaganda, defendenda, suffulciendaque, eluxit assiduitas, ut itaque ob incredibilem mentis, in Dei honorem intentae, ardorem, ob indefessum pietatis studium, ob insignem fidei constantiam, et ob vberimum, quem ex fido illorum ministerio omnis percepit ecclesia, fructum, merito *σύλοι ἐκκλησίας οἱ ἅγιοι Θεοῦ ἄνθρωποι* compellentur. Fuerunt enim, ut recte obseruat Cocceius ξ), *σύλοι*, non ratione potestatis et gradus, aut iurisdictionis, sed ratione fidelitatis et constantiae, et laboris indefessi, et sapientiae ac prudentiae, quae in ipsis eminuit prae aliis θ). Quemadmodum enim ara

μ) Haec qui scrutari auet, adeat Philandrum in notis ad Vitruv. L. III. c. II. f. 44. seqq. ubi prolixam columnarum tradit rationem, et Hübner's Natur-Lex. P. II. p. 1590.

ν) Potest et vtrumque simul columnarum erectione intendi, aedis cuiusdam et splendor, et firmitas.

ξ) In Commentar. ad h. l. Breuius rem elocutus fuerit Chrysostomus, *σύλοι*, inquit, adpellantur, *ὅτι τὸν ὄροφον τῆς πίστεως ἐβάσαν*, T. V. Homil. CXLIII.

θ) Recordamur hic oraculi, Prou. IX, l. obuii, ubi *ὑποσατική σοφία* Christus, uti multis probat et illustrat Calou. in Bibl. Ill. ad h. l., aedem, seu ecclesiam

ara ista, in radice montis Sinai a Mose erecta ρ), duodecim stipitata erat columnis; quemadmodum veteris oeconomiae templum variis instructum erat *σύλοις*: ita Christi ecclesia, *ἐποικοδομηθεῖσα τῷ θεμελίῳ ἀποστόλων καὶ προφητῶν σ*), suis sub incunabulis, his duodecim praecipue viris, ornamentis pariter, atque stabilimentis, utebatur. Probe autem hic est attendendum, hosce Christi legatos, *σύλγς* quidem, sed non *θεμελίγς*, dici ab apostolo, quippe quod nomen sola servatoris nostri sibi vindicat virtus τ). Hic enim solus fidei nostrae est fundamentum, fidi piique verbi ministri sunt *σύλοι*, fidelium autem singuli lapides sunt υ) templi spiritualis, ut sic tota aedis structura egregie coalescat. Insignis autem inter fundamentum et columen rei intercedit differentia. Illo enim subverso, iactura totius statim insequitur aedificii, ac summa imis miscentur: hoc autem sublato, multum quidem ornamentum amittit, ac grauem haud raro ruinam patitur, aedes; sed non statim tota corruit, cum in columnae illius prostratae locum aliud omnino surrogari possit fulcrum. Et sic quoque mors apostolorum puriore doctrina initiatis erat quidem luctuosissima; sic columnarum huiusmodi casus fatalis multum detrimenti adferebat rei sacrae: sta-

clesiam, sibi aedificasse, et *העבש היימנו* excidisse dicitur, per quas septem columnas non inepte fidos ecclesiae doctores intellexeris. Quod si quaesiveris ex me, quare septem commemorantur? respondeo, numerum certum, et, uti docet Goodwin. in Mos. et Aar. L. VI. c. VI. p. 567., perfectissimum, hic pro incerto poni. Hieronymus iam has columnas per sanctae ecclesiae doctores, septiformi spiritu plenos, quales fuerint Iacobus, Cephas et Ioannes, quas, nimirum columnas, sapientia exciderit, etc. T. VII. Opp. f. 16. exposuit: cui interpretationi ipse non adeo contradicit B. noster Geier, in Comment. ad h. l., ut, licet sub columnis hisce comprehendat omne, quod felicem ecclesiae statum munit, exornat, conseruat, tamen non excludat verbi doctores, tam propheticos, quam apostolicos, fidosque eorum successores: nec plane abhorrire videtur ab hac sententia δ *πάνυ* Calou. in Bibl. III. ad h. l.

ρ) Exod. XXIV, 4. vbi textus sacri structura requirere videtur, ut dicamus, non superimpositum his columnis fuisse altare, sed eas illud circumstetisse.

σ) Eph. II, 20.

τ) 1 Cor. III, 11. Ef. XXVIII, 16. coll. Matth. XVI, 18.

υ) *λίθοι ζῶντες οἰκᾶ πνευματικᾶ* adpellantur 1 Petr. II, 5. coll. Eph. II, 21.

statim ecclesiae cum ipsis intercidebat salus, cum non modo scriptis eorum diuinis illaesa sanioris doctrinae conservaretur integritas, sed etiam in vacuam illorum prouinciam alii subirent doctores, simili in Deum fide et pietate clari, qui eorum insistentes vestigiis, ecclesiam Christi visibilem, (huius enim in primis apostolorum personae, sicut scripta eorum θεόπνευστα inuisibilis, erant fulcra), vitae doctrinaeque constantia et sinceritate ornabant, tuebantur, sustinebant. Hinc quoque fiebat, vt, saeculis paulisper in deterius ruentibus, ac deficientibus deinceps subinde strenuis τῆς κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίας adsertoribus, variarum haeresium inundationibus magna saepe ecclesiae visibilis pars miserrime vastaretur φ); donec demum, sub spissimis Papatus tenebris, omnis fere religio purior videretur sepulta χ). Irruentibus enim vndiquaque erroribus, tamquam σύλος ἀληθείας resistebat nemo, vel, si qui adhuc erant veritatis defensores, illi errantium, minantium, blandientium, vi ac multitudine brevi euertebantur: cuius rei deplorandam faciem, iam fere renatam, nostra tibi tempora suppeditabunt. Cum vero apostoli in primis, tamquam יהוה יחיד ψ), et vim et dolos aduersariorum, etiam in ipsa morte inuicti, mascule reprimerent, et veritatis aggressoribus ne latum quidem cederent vnguem ω); eos suo iure, tamquam σύλος ἐκκλησίας veneratur apostolus, et tota cum eo colit posteritas.

§. VII.

Ast, noua nunc exoritur quaestio, qua ratione verba: οἱ δοκῶντες εἶναι! hic sint explicanda, et quare Paulus non simpliciter dixerit: οἵτινες σύλοι εἰσιν. Et animum, sanctis Dei viris, parum pietatis tribuentem, et Graeci non satis gnarum sermonis, eorum sapit

φ) Instar omnium sunt tempora, in quibus pestilentissimum Arianismi virus, labantibus multis, ac in sinistram partem propendentibus, ecclesiae columnis, breui tam late spargebatur, vt totus mundus miraretur, se tam subito factum esse Arianum.

χ) Sepulta, non deleta, cum in media errorum caligine semper laterent quidam, qui veram illaeram conseruabant religionem, quorum ingentem catalogum congeffit Flacius in aureo de testibus veritatis libro.

ψ) Ef. LIV, 13. Io. VI, 45. coll. Ier. XXXI, 33. 54.

ω) Eiusmodi inuictam mentis constantiam de se, aliisque γνησίως Χριστὸν μαθηταῖς, praedicat Paulus Gal. II, 5. εἰδὲ πρὸς ὥραν ἠξάμεν.

sapit interpretatio α), qui κατὰ δόξαν, non κατ' ἀλήθειαν, haec a Paulo apostolorum elogia proferri, vel ipsum hunc iis invidere titulum, crediderint. Vt enim taceamus, θεοπνευσίαν, qua in actu scribendi semper gaudebant apostoli, animum eiusmodi, alienae mordentibus verbis detrahentem gloriae, prorsus non admittere; id saltim in praesenti vrgemus, Graecorum δοκεῖν plerumque cum Latino- rum, *haberi, censer, existimari*, coincidere, et non nudam externam, cuius alii vana deludantur imagine, speciem, sed rei simul veritatem, innuere, praesertim in participio, et omnium maxime in hoc con- struendi genere vsurpatum β); cum οἱ δοκῶντες, vt supra iam te- tigitimus, absolute positi, ἐν δόξῃς, vel ἐν δόξῃ ὄντας, designent. Prodibit igitur hic inde horum verborum sensus, quod habitū fue- rint pro σύλοις apostoli, et quidem, vt nos subaudiendum puta- mus, ab omnibus γ), sacra Christiana professis. Nobis igitur hic merito eorum se commendat sententia, qui tuentur, Paulum hac phrasi apostolorum existimationi quam maxime voluisse consul- tum δ): hinc fieri, vt, non ex suo natum cerebro, hoc, aposto-
lis

α) Miramur hinc eo magis, hanc apostoli verbis adfinxisse mentem, cum aliis, Bezam et Flacium, ad Gal. II, 9. quorum ille inquit: quos solos, tres nempe apostolos, isti, παρείσακτοι ψευδάδελφοι, quorum in antec- edentibus meminit, pro columnis habent, quasi ego sim nihili: hic vero pro expositione huius loci subiungit: observa simul, quod non obscure taxet opinionem hominum, qui tunc illos tres pro columnis ecclesiae habuerunt, atque ipsi longissime praetulerunt, volens subindicare, solum Christum esse basin et columnam, angularemque lapidem ac fundamen- tum vnicum ecclesiae.

β) Simili prorsus ratione Christus Marc. X, 42. δοκῶντας ἄρχαν, seu vt Matth. XX, 25. illud explicat, ἄρχοντας, reuera imperantes, et simul magna pompa, splendidoque satellitio, μετὰ πολλῆς φαντασίας, Act. XXV, 23., maiestatem prae se ferentes, in scenam producit: quo de loco conf. Ga- tacker. l. c. p. 190. Vt igitur de nostro oraculo recte iudicauerit Chry- sostomus: τὸ, δοκῶντες, ἔ τὸ εἶναι ἀναρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων γνώμην συγκαταλαμβάνειν.

γ) Recte enim hic Scholiastes, a Wolfio in curis ad h. l. citatus: οἱ ὄντες σύλοι τῆς πίστεως, καὶ πᾶσι δοκῶντες.

δ) Praeter citatos ita hunc locum exponendum esse censent Buxtorf. in Catalect. Philol. Theol. Tm. LX. p. 64. Calou. in Bibl. Ill. T. IV. p. 547. qui, Paulum, cum rei veritate, communem omnium sensum ac iudicium con- iungere, pronuntiat, et alii.

lis tributum, videri voluerit encomium; sed ad communem tunc temporis prouocauerit consensum, quo ab omnibus pro ecclesiae fulcris et reputabantur, et vere erant. Simili prorsus ratione de seipso fatetur hic gentium doctor: *δοκῶ δὲ καὶ γὰρ πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν ε*). Quibus verbis non modo suam hac de re conuictionem, sed simul rei veritatem ζ), et aliorum, qui eum pro viro, Dei spiritu agitato, habebant, de se declarat iudicium. Non solus igitur Paulus Iacobum, Petrum et Ioannem pro fulcris agnoscit ecclesiae; sed omnes omnino, Christianorum sacra amplexi, id vno ore adferebant; immo ipsi quandoque veritatis diuinae ofores, eos religionis huius columnas dicere, inuiti saepe cogebantur: quia illis praecipue integra fidei verae sanctitas adeo erat curae cordique, vt dies noctesque eius incrementis ac commodis inuigilarent, eandemque, suis quasi innixam humeris, custodirent.

§. VIII.

Declarat hanc apostoli mentem noua, quae priorem excipit, laudis accumulatio, qua illustri huic ecclesiae primaeuae concilio, et lectissimo huic in primis trifolio, et sui et posteritatis temporis eo magis conciliare studet existimationem. Paucis enim multa complectens, eiusmodi de iis utitur verbis, quae ad varias, quibus emicuerint hi praesertim triumviri, virtutes haud obscure adludunt. Vt enim illos et humilitatis, et pacis, et veritatis, et honoris diuini promouendi, studiosissimos, nostro sistat conspectui, haec de iis pro-

*) 1 Cor. VII, 40. ad quem locum suo iure obseruat Wolfius, verbum *δοκῶν* hic, non incertam quamdam opinionem, sed conuictionem et scientiam, inferre coll. Io. V, 39. et Actor. XV, 28. Plura de hac verbi *δοκῶν* notione suppeditabunt Wolfburg. in Obs. Sacr. p. 138. seqq. Blackwall. in Auctor. Sacr. Class. T. I. P. I. c. 2. §. 4. p. 64. et, quem primo loco nominare iusserat reuerentia, Max. Reu. Wollius, Patronus noster, cum cura Colendus, in subiectis huic editioni Blackwallianae notis, vbi variis adlatam sententiam profanorum scriptorum exemplis illustrat. Sic enim Plutarcho Sympos. II. l. p. 631. *ὁ δοκῶν λοποδυτεῖν* est is, qui furto reuera abstulit vestes: sic Xenophonti in Hellen. VI. p. 410. *δοκῶν πατρικὸς φίλος* notat sincerum patris amicum: et πόλις δοκῶσα εἶναι ἐν τοῖς πολεμίοις vrbs, belli studiis adsueta, vocatur in Oeconom. p. 23.

ζ) Probe enim nouerat Paulus, se reuera Spiritum S. a Deo accepisse, et ab eodem, et sanctificantibus, et administrantibus, donis esse instructum.

pronuntiat verba: δεξιάς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβῳ τῆς κοινω-
νίας η). Animum, a turgidi fastus crimine abhorrentem, tum
demonstrabant, cum ipsi, in dignitate licet et honore constituti,
σύλοι ὄντες, Paulum, recens conuersum, et Barnabam, data dextra, in
societatem laeti reciperent, suoque non indignos iudicarent eos fami-
liariori consortio. Pacis simul et amicae consensionis θ), mutua
manuum oblatione, luculentum exhibebant testimonium, cum et ad
nostram aetatem mos iste, iunctis dextris, alteri suam confirman-
di fidem, atque amicitiam, per manus quasi traditus, peruenerit.
Erat vero haec, inter duas partes, breui abhinc sibi admodum con-
trarias, inita, concordia, ita comparata, vt nihil derogaret ve-
ritati, et hinc longissime distaret a praua eorum consuetudine, qui,
turbulentis hisce temporibus, in maximum ecclesiae detrimentum,
pacificorum nomen ambientes, lucem ipsam cum tenebris coniun-
gere non contremiscunt ι). Apostoli longe alia incedebant me-
thodo, et tunc demum Paulo, in viscera ecclesiae antea faeuienti,
κοινωνίας offerebant δεξιάς, h. e. interprete Theophylacto κ), συν-
ἔφωνησαν αὐτῷ, καὶ κοινωνὸν αὐτὸν ἐποίησαντο, καὶ ἔδειξαν, ὅτι
ἀρέσκονται τῷ κηρύγματι αὐτοῦ, cum χάριν, αὐτῷ διὰ τοῦ πνεύ-
ματος ἐκείνου, ὃ ἐν Πέτρῳ ἐνηργήσατο εἰς ἀποστολήν, δοθεῖσαν,
animaduertent, cum sermonem eius, μηδὲν τῆς λέξεως αὐτῶν δια-
φέροντα,

- η) Κοινωνίαν, quae alias duarum rerum diuersarum, actu praesentium, ar-
ctissimam ac realissimam vnionem et coniunctionem notet, hic vitae
confiliorumque indicare communionem, erudite euicit Cl. Schaffshau-
sen. Fautor est Amicus noster, in disp. de κοινωνία §. IV. p. 41. seqq.
- θ) Eleganter mutuam hanc manuum oblationem ἀναντίρρητον συμφωνίας ἀπό-
δειξιν vocat Chrysoft. ad h. l. T. X. Opp. p. 685. Alia patrum loca, con-
formesque aliarum gentium mores, tibi dabit Suicer. T. I. p. 836.
- ι) Agunt id Indifferentistae, quorum nostra, proh! dolor, admodum ferax
est aetas, et contra quos insigni cum utilitate legendus est Loescherus,
sanctarum decus columenque rerum, in Praenot. Theol. p. 149. seqq. et
immortalis memoriae theologus, B. Wernsdorf. in Commentat. de In-
differentismo Religionum.
- κ) In Comment. in Ep. ad Galat. p. 453. Sunt enim, teste Hesychio, αἱ
γινόμεναι κατὰ συνθήκας δεξιῶν χειρῶν ἐπαφαί εἰς σύμβολον, τῆς εἰσβουλῆς καὶ
τῶν συντιθεμένων. Illi e contrario, quem Vatiniano quis prosequeretur
odio, neque ἐμβαλεῖν δεξιάς, neque ἀπὸ τῆς αὐτῆς ποτὲ σιτήσεως δεβαν;
vti ex quodam Synesii loco docet Cl. Schoettgen, l. c.

Φέροντα, perspicerent. Intendebatur quoque hac vnione sola gloriae, maiestatisque diuinae, et inter Iudaeos, et inter profanas gentes, celebratio, per euangelii praedicationem latius spargenda. Hinc, coniunctis se nunc id acturos viribus, vt gratiae caelestis maior in dies eluceret splendor, vt hominum promoueretur salus, vt inopum haberetur cura, δεξιαῖς κοινωνίας inuicem stipulabantur. Hic igitur insuperabilis apostolorum, in tuenda, propagandaque veritate diuina, ardor merito ipsis huncce splendidum vindicabat, titulum, vt ab omnibus σύλῳι ἐκκλησίας salutarentur.

§. IX.

Merebantur igitur honorificum eiusmodi nomen primi euangelii praecones; sed illud tamen ad singularia, quibus illi soli erant celebres, priuilegia referri nequit. Originem enim huic denominationi largiebatur summa, quae muneri, ipsis imposito, inerat, magnificentia. Partes autem huius muneris essentiales non simul, cum ipsa apostolorum iactura, exspirarunt, sed hodiernum, quae gratia Dei est, in nostra vigent ecclesia, accidentalibus modo quibusdam eorum functionibus immutatis. Hinc fasque piique iudicamus, vt ii, qui in eorum loca et munera subierunt, etiam priuilegiis et emolumentis apostolorum, et inter haec praecipue honestis eorum nominibus, fruantur. Quicumque enim succedit in locum alicuius, is simul et onerum et iurium, alteri competentium, redditur particeps. Nunc vero munus, apostolis olim demandatum, omnes fidi veritatis diuinae doctores, et inprimis orthodoxi primae classis theologi sustinent: hinc et omnes fidi piique sacrorum puriorum doctores, certo respectu, sunt σύλῳι ἐκκλησίας, et quo magis aliquis sacrorum interpres commodis ecclesiae sua consecrat studia, eo eminentiori gradu hoc ipsi tribuendum est nomen λ). Sicut enim col-

λ) Patet exinde, constantes istos veritatis diuinae testes, qui pro doctrinae purioris incolumitate omnia pericula, persecutiones, caedes, forti, vel subiere, vel adhuc subeunt, animo, omnium maxime σύλῳι ἐκκλησίας dici debere. Manifestum quoque est, magnanimum sacrorum repurgatorum, quorum memoriam, ducentis iam sub luce euangelica elapsis annis, nostra academia, hoc praesertim festiuo tempore, in sinu gaudens, atque oculos lacrimis suffusa nitentes, tacita mentis pietate recolit,

collegium apostolicum hoc ideo dignum censebatur nomine, quia non modo purioris doctrinae capita suis propinabat auditoribus; sed etiam ab aduersariorum obiectionibus ea strenue liberabat, et in rebus dubiis nomine totius ecclesiae ferebat iudicium: ita, qui nunc eodem defunguntur munere, principes venerandi theologorum ordinis viri, ecclesiarum columnae summo iure adpellantur μ). Quicumque enim voluntatem Dei aliis incorruptam exponunt, perfidis veritatis osoribus et fraudulentis eorum strophis diuino zelo et solida eruditione resistunt, et neque vi, neque blanditiis a recto tramite auertuntur; quicumque doctrinam Christi et ore et opere ornant, et pro puriori doctrina diurno nocturnoque excubant studio: ii omnes apostolorum insistant vestigiis; ii omnes sunt e numero *δοκούντων εἶναι σύλοι ἐκκλησίας*. Insigne enim illi omnes, haud secus, ac primi isti Christi asseclae, sacris emendatioribus commodum praestant, atque ornamentum. Quotidiana hoc satis corroborat experientia, et si vel in prisca iam redire tempora mens esset, vel praesentia, periculosissima sane, si modo loquerentur lustra, satis edoceremur, quantum saepe vnicus vir, in dignitate constitutus, et *θείῳ ζήλω καίων*, veramque doctrinam non solide magis, quam strenue, defendens, toti coetui sacro olim adtulerit ν), et hodie adferat, vtilitatis: et hinc eo magis conuinceremur, pium eiusmodi ac fortem in bellis Domini heroa *σύλον ἐκκλησίας σεβειώτατον* esse reputandum.

§.X.

colit, instauratorem, B. Lutherum, *σύλος* nomine longe dignissimum reputari, quicquid etiam Pontificii de eo calumnientur.

μ) Possunt quidem, certo respectu, etiam pii iustique principes, atque alii status politici proceres, quibus pro ecclesiae commodis est excubandum, et eiusdem vere curae cordique est integritas, columnae dici ecclesiae: ast, cum docere, probare, vindicare fidei capita, in primis theologorum requirat officium, hoc et iis eo magis conuenit nomen; cum illi stilo scripturae potius *מורה ומורה*, educatores et nutritores ecclesiae, adpellentur *Es XLIX, 27. coll. c. LX, 16.*

ν) Vel solius Athanasii id abunde probat exemplum, qui, licet sub initium controuersiae Arianae nimia fere incederet seueritate, tanta tamen deinceps *καρῆσις* causam perorabat diuinam, vt ipse solus, tamquam *σύλος*, nutantem veritatem quandoque suffulciret, aliosque suo exemplo ad parem excitaret virtutem.

§. X.

Factum exinde est, vt et alios incomparabiles ecclesiae doctores eodem hoc, quo apostolos insigniuerat Paulus, honoris titulo, passim in patrum scriptis ζ) decoratos, inueniamus. Dignum sane, quod obliuioni eripiatur, est antiquum Gregorii Nysseni ο) hac de re effatum, ἔ μόνον, dicentis, Πέτρος, Ἰωάννης καὶ Ἰακώβος σύλοι τῆς ἐκκλησίας εἰσιν· ἀλλὰ πάντες, οἱ δι' ἑαυτῶν τὴν ἐκκλησίαν ἐρείδοντες, καὶ οἱ διὰ τῶν ἰδίων ἔργων Φωστῆρες γινόμενοι, σύλοι καὶ λύχνοι λέγονται. Nec ipsa sanctorum pandectarum volumina hoc solis apostolis adpropriant nomen, sed et alios verbi ministros iisdem, vel certe similibus, titulis exornant. Quemadmodum enim omnes in vniuersum Christiani, in sua quisque fide, esse iubentur ἐδραῖοι καὶ ἀμετακίνητοι π); quemadmodum omnes νικῶντες, et in vera fidei mentisque constantia vsque ad finem perseueraturi, σύλοι ἐν τῷ ναῷ Θεοῦ μὲν ρ) sunt futuri: ita fidei praesertim veritatis euangelicae doctores, Ioannis exemplo, columnarum ad instar, sunt ἀσάλευτοι σ), et semel τύπον διδαχῆς haud fucatum edocti, eundem contra omnes hostium insultus macula

- ξ) Loca eiusmodi congefferunt Deyling. Gatacker. Suicer. aliique I c. Sic Theodoretum Cyrensem Io. Euchaites vocat ἀκράδαντον ὀρθοδοξίας σύλον. Sic de Mufonio, Neocaesar. episcopo, fatis erepto, in Ep. LXIII. conqueritur Basilius Caesariensis: ὄχεται ἀνὴρ, διαφανέστατα δὴ τῶν καθ' ἑαυτὸν πᾶσιν ὅμα ἀνθρώπιναις ἀγαθοῖς ὑπερενέγκων, ἔρεισμα πατρῴδος, ἐκκλησιῶν κόσμος, σύλος καὶ ἐδραῖωμα τῆς ἀληθείας.
- ο) In Libro de vita Mosis T. I. Opp. p. 226.
- π) 1 Cor. XV. 58. quae verba, licet ex athletarum palestris desumpta, suo iure dixerit Wolfius in curis; tamen et columnis adplicari possunt, cum firmitatem atque constantiam iniungant, et, teste Cyrillo in Lex., ἐδραῖος fit σαθερός, ἀσάλευτος, σερεός
- ρ) Apoc. III, 12. Exstat quidem in mea N. T. editione, Lipsiae 1702. excusa, perinde ac in codice Alexandrino, Londini adseruato, ἐν τῷ ναῷ: merito tamen adsentimur Cel. Bengelio, in sua N. T. editione p. 798. scribenti: ναῷ monumenta omnia, ναῷ sphalma apud Bezam, a Beza correctum, et tamen in permultas editiones propagatum. Vid. Wolfius in curis ad h. l.
- σ) Non enim erat κἄλκαμος ὑπ' ἀνέμου σαλευόμενος Matth. XI, 7. et Luc. VII, 24.

scula virtute propugnant, nec vllis vel minis, vel illecebris, a statione sua, in qua ecclesiae suffulciunt commoda, depelluntur. Illustre eiusmodi intrepidi doctoris exemplum in Ieremia, vate divino, merito veneramus. Hunc enim, prophetias munere instructum, Deus ipse **לעמוד ברזל על כל הארץ**, in immobilem ac ferream totius verae ecclesiae columnam τ), contra omnes, eosque potentissimos veritatis osos, collocabat. Et quid obstat, vt per **עמודי ארץ**, quas, tota alias regione, cunctisque eius incolis contremiscentibus, immotas conseruabat υ) Deus, principes vtriusque reipublicae proceres intelligamus. Fert enim hanc, immo suadet, expositionem linguae sanctae indoles, quae non modo alias frequenti tropicarum locutionum vsu adfluit, sed etiam summos, vt vidimus, doctores **עמודי ארץ** nuncupare solet: admittit eandem psalmi contextus, quod, plebe imperita metu ac terrore perculsa, magnatum tamen animis Deus ipse mentem roburque indiderit: poscit difficultas, cui, alia vocis **עמוד** notione recepta, necessario immergimur ϕ).

§. XI.

τ) Ier. I, 18. coll. c. XV, 20. et Ezech. III, 8. et 9.

υ) Psalm. LXXV, 4. ad quem locum B. Geierus, egregius odarum Davidicarum interpres, ita commentatur: columnae, sensu metaphorico, designabunt omne illud, quod felicem aliquam in statu suo rempublicam conseruat, vt sunt leges bonae, cultus Dei verus, personae, in statu ecclesiastico, politico, virtuosae et constantes. In eandem partem inclinat Amama in adnott. ad h. l., quae exstant Tom. IX. Critic. Sacr. p. 977., vbi ait: intellige viros bonos, qui sunt quasi columnae terrae, dum propter eorum paucos magnae malorum copiae saepe parcit Deus: vnde, iis sublati aut deficientibus, ruunt alto a culmine reipublicae.

ϕ) Frigida enim foret oratio, si de physicis terrae columnis hoc interpretaremur oraculum, quarum meo iudicio Iob. IX, 6. fit mentio; vt igitur non per omnia adsentiamur Wideburgio, qui in math. bibl. spec. IV. qu. 23. p. 60. quicquid in scriptura de basi, fundamento et columnis terrae occurrat, improprie et metaphorice accipiendum esse, pronuntiat; licet, certo respectu, eius vera sit adfertio.

§. XI.

Restat vnicum, idque innumerabilibus fere clarum disputationibus, sacri codicis oraculum, ex quo adlata summorum theologorum denominatio non parum profecto lucis ac probationis acciperet, si firmo fatis talo niteretur, suppeditata a quibusdam, eiusdem explicatio. Exstat in eo notum illud *σύλος καὶ ἐδραΐωμα τῆς ἀληθείας* χ), quod dudum praestantissima eruditissimorum hominum exercuit ingenia, et modo hanc, modo aliam, expertum est interpretationem. Communissimo interpretum suffragio haec verba pro elogio ecclesiae, cuius in immediate antecedentibus fit mentio, habentur, diuersis tamen plerumque denominandi rationibus ψ) in scenam productis. Quidam vero hic in ea versantur opinione, magnificum huncce titulum plane non ad ecclesiam, sed ad ipsum Timotheum esse referendum ω), quem *σύλον καὶ ἐδραΐωμα τῆς ἀληθείας*, firmissimum veritatis fulcrum esse voluerit apostolus. Vt igitur partes eiusmodi *σύλος* rite expleret, nihilque eorum, quae ab *ἀνεγκλήτῳ ἐπισκόπῳ* α) exigi possent, in se desiderari pate-

χ) 1 Tim III, 15. Vix enim eos hic audiendos esse arbitramur, qui, cum maxima textus contorsione, haec, vel cum Procopio et Epiphanyio de Christo explicare verba, vel inuita ad sequens *ἐνσεβείας μυστήριον*, cum Ursino, Capello, aliisque trahunt; cum eorum interpunctio multis prematur incommodis, vt solide demonstratum iuerunt Heumann, in Parerg. Crit. p. 149. & B. Starckius in not. Select. p. 152. seqq.

ψ) Alii enim apostolum his verbis digitum intendisse volunt ad columnas nubis & ignis in deserto; alii ad duas templi columnas, Iachin et Boas; alii ad pilas, quibus leges olim adfigebantur; alii ad columnas in templis gentilium, praesertim in Ephesino, vbi degebat Timotheus, obuias; alii ad alia de quibus prolixè agunt Ven. Deyling. l. c. P. I. p. 318. seqq. et Suicer. T. II. p. 1048. seqq.

ω) In hac sententia cum Gregorio Nysseno, B. Rufio, Zornio, Maio, Gattackero, aliisque, versatur etiam Chillinsworthus, Anglus, in tr. de tuta & salut. Protest. relig. P. I. c. III. §. 76. vbi ait: ecclesiam domicilio confert apostolus; Timotheum columnae, in hoc collocatae.

α) Ita comparatum verbi ministrum exigit Paulus Tit. I, 6. 7. coll. 1 Tim. III, 2. *Ἀνεγκλήτων δὲ λέγεται, ὅταν μηδὲ μέχρι καταγνώσεως, μηδὲ μέχρι ἁγλήματος ἢ τι πεπραγμένον.*

pateretur Timotheus, Ephesinae praeful ecclesiae, Paulum proluxa hic oratione et iteratis vicibus, eum officii admonere; ut probe sciret, πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ὡς σῦλον καὶ ἐδραῖωμα τῆς ἀληθείας, qua ratione in domo Dei, quae sit Dei viventis ecclesia, versandum sit illi, qui, tamquam columna et sustentaculum veritatis, velit considerari. Nihil quidem incommodi hanc alere sententiam, nec heri demum, aut nudius tertius, inuentam esse, immo multa ipsi fauere β), ipse Summe Ven. Deylingius, magnificum academiae et ecclesiae nostrae columen, non diffitetur γ); interim tamen textus euidentia, et venerandae antiquitatis consensu, quae tamen vtraque priori etiam non plane refragantur sententiae, motus, receptae inhaerere opinioni, hocque ad ecclesiam referre mavult encomium: cuius magni viri, ceu nostri Gamalielis, et nobis legenda existimamus vestigia; quamquam nec alii, priorem forte anhelanti, contrarios nos fore pollicemur. Perinde enim est, siue quis hanc, siue illam, calculo suo adprobauerit sententiam, si modo foedi Pontificiorum errores δ) euitantur; qui, ex hoc praesertim

ε) Fauent nempe a) consuetus dicendi ordo, ut particula ὡς omittatur; b) alia loca, in quibus σῦλοι dicuntur viri illustres, quae adduximus, tum e scriptura, tum e patribus, profanisque scriptoribus; c) scopus apostoli, Timotheum adhortantis, ut suo rite defungatur officio; d) Gregorii Nysseni ex antiquitate consensus; et e) quod ecclesia iam domui fuerit comparata, et hinc alterum simile commodius ad aliud quid trahatur nempe ad Timotheum ipsum.

γ) Libro, aliquoties iam citato, P. I. p. 318.

δ) Foeda nobis merito haec Pontificiorum sunt commenta, quippe quae auctoritati sanctiorum litterarum maxime aduersantur; cum non modo Bellarminus, acerrimus curiae Romanae defensor, his Pauli abusus verbis, scripturam sacram auctoritate niti ecclesiae, contendit; cum tamen βεβαιότερος ille traditionibus humanis λόγος, et λύχνος ἐν ἀνυμνησῶ τόπω Φάτιων 2 Petr. I, 19. sat internae habeat virtutis, nec diuina virtus egeat externa adueniente hominum auctoritate: sed R. Simonius eo progreditur temeritatis, ut L. III. Hist. Crit. V. T. c. XXII. p. 108. dicere non erubescat; quamuis toto orbe nulla scripturae exemplaria supersessent, illibata tamen semper remaneret religio, utpote semper subsisten-

te

tim loco, ecclesiam, et quidem Romano-Catholicam, pro lubitu in rebus fidei posse decernere, eandemque omnīs veritatis esse basin ac fundamentum ε). Ast falluntur et fallunt, fatui hi doctores, qui tamen Deo ipso sibi saepe videntur sapientiores ζ); et ecclesia modo sanctissima veritatis mysteria proponit, in sublimi posita ostendit, custodit, et ex verbo Dei defendit. Huius autem pura praedicatione vera conseruatur, et a falsis dignoscitur, ecclesia. Non enim ecclesia verbo Dei, et doctrinae, in eodem promulgatae, largitur veritatem: hoc enim est ipsa veritas η); sed ex incorrupto verbi diuini vsu sua ecclesiae constat integritas, sua cognoscitur veritas: vt non inepte rem inuerterit Chrysostomus, ἀλήθειαν, dicens θ), esse σύλον καὶ ἐδραιώματα τῆς ἐκκλησίας; si quidem θεϊαν veritatis φύσιν et internam eius consideraueris virtutem.

§. XII.

Quod si verò etiam hoc de ecclesia interpretatus fueris oraculum: tamen et tunc ex eo adparebit, theologos, bene de pura fidei doctrina merentes, dici posse σύλεις καὶ ἐδραιώματα. Quam enim hoc titulo ornandam censes ecclesiam? sane visibilem, quae est

te ecclesia, sc. Romana. Refutata haec, huncque ecclesiae Romanae non conuenire titulum, lege in B. Gerhardi Loc. Theol. L. de Eccles. §. 116. et in Dorschei Theolog. Zachar. P. II. disp. II. L. I. p. 68.

ε) Duplex fidei est fundamentum, vel personale, quod alii principale & sustentationis fundamentum dicere malunt, quodque in solo Christo est quaerendum; vel dogmaticum, quod aliis ministeriale & cognitionis dicitur, n.p. scriptura: conf. B. Hulsemann. de fund. fid. th. 8. et 11. et Rechenberg. in Hierol. P. I. p. 632.

ζ) Hanc de Pontificiis fouet sententiam B. Chemnicus in Exam. C. T. P. III. p. 69. qui aureus liber merito pro cimelio nostrae habendus est ecclesiae, et in controuersis Antipapaeis eximiam praestat vtilitatem.

η) Ὁ λόγος ἡ σὸς ἐστὶν ἀλήθεια Io. XVII, 17.

θ) In Homil. XI. in hanc epist.: cum quo consentit Irenaeus L. III. c. I. et XI. adu. haer. vbi euangelium vocat columnam fidei et ecclesiae.

est congregatio hominum, verbum Dei pure profitentium, et sacramentis legitime utentium. Qui vero sunt illi veritatis diuinae adfertores? isti sacramentorum propugnatores? sunt imprimis theologo, praeclare de sacris purioribus merentes. Cum vero omnis purior ecclesia sit *σύλος καὶ ἐδραίασμα τῆς ἀληθείας*, cum partem eius praecipuam constituent doctores ingenui; prono statim in defluit alueo, eos omnino *σύλῃς καὶ ἐδραίαματα*, tum veritatis ipsius diuinae, tum verae simul ecclesiae, esse nominandos. Vbi-
cunque enim salua et immota perstat veritas, in sanctissimo Dei verbo reuelata, ibi vera simul floret ecclesia. Nunc vero fidei sacerorum praefules hanc illibatam docent, confirmant, defendunt-
que veritatem, ergo puriorem simul ornant, tuenturque fidei doctrinam, h. e. sunt *σύλοι* et *ἀληθείας* et *ἐκκλησίας*. Quo illustrius autem est hoc, quod omnibus quidem fidei ministris, sed summis praecipue κ) theologis, imponitur, est nomen; eo magis vel ex illo summa huius muneris grauitas et amplitudo elucet; eo magis unicuique, munus sacrum, vel ambienti, vel administranti, praesertim autem in elatiori quadam sparta constituto, enitendum est; vt officii sui partibus, quantum modo humanae valeant vires, faciat satis: eo magis iis quoque, qui curam habent sacrorum, eo est prospiciendum, vt eiusmodi his prouinciis admoveantur viri, qui, et doctrinae dexteritate, et vitae pietatisque sinceritate,

δ) Interim tamen huius denominationis vis non est iusto latius extendenda: quandoquidem illi ornant quidem, et tuentur, ex parte, veram doctrinam; at primaria ecclesiae cura, conseruatio ac tutela soli Deo est adscribenda ex Psalm. LXVIII, 29. Ps. XLVI. et Ps. CXXIV. integris, Ps. CXXVII, 1. Ef. XLI, 13. 14. Ezech. XXXIV, 10. 11. &c.

κ) Cum in eo essemus, vt vltimam huic labori adderemus limam, Cel. Neubaueri, Gieffensiam theologi, tract. de columnis ecclesiae, summorum cum primis theologorum elogio, beatissimis Rambachii, theologi de puriore Christi ecclesia insigniter meriti, manibus consecratus, in manus incidit, cum professio hanc perorasse materiam, antea crederemus. Sed retractare institutum, nec per temporis penuriam integrum, nec adeo necessarium videbatur, cum doctissimus vir multum quidem in genere de columnis, pauca de loco, a nobis excitato, protulerit in medium: et
hinc

te, sint ἀνεπίληπτοι λ). Agunt enim fulcra et columnas ecclesiae. His autem tabe et ferrugine corrosis, his infirmis et caducis, totum nutat aedificium, tristissimamque non minatur modo, sed saepissime secum vehit, iacturam. Nihil igitur laeti portenditur regioni, cuius praecipuae in vtraque republica columnae, interno quasi timore percussae, contremiscunt, et modo huc, modo illuc, fluctuare videntur; sed magna profecto eiusdem clades imminet μ). Quo magis igitur nostris temporibus vera fidei periclitatur orthodoxia ν), quo propius iniqua Pontificiorum dogmata ad nos accedunt, quo atrocius flammam et incendia miscet nouaturiens spiritus, quo latius hominum diffunditur ἀπιστία: eo alacriori studio nobis est orandum, ne, σύλων loco, instabiles, fluidaeque similes arenae, nostra ecclesia fortiatur doctores, sed in posterum quoque piis, doctis et veri tenacibus adfluat theologis: eo maiori mentis pietate illam, quae nobis huc usque Dei gratia obtigit, grati praedicamus felicitatem, quod nostra Saxonia, nostra praesertim Lipsia, σαθερὲς eiusmodi σύλῃς, fidesque doctores, quorum hactenus, vel primis depictam lineis, dedimus effigiem, et in TE, Vir Maxime Reverende, et in aliis viris incomparabilibus, et de eccle-

hinc brevis haec nostra disquisitio spicilegium aliquod, post largam et prolixam illam Neubaueri messem, nobis antea non visam, poterit adpellari.

- λ) 1 Timoth. III, 2. quod ita exponit Theodoretus p. 474. debet episcopus μηδεμίαν πρόφασιν μέμψεως παρέχειν δικαίαν· τὸ γὰρ ἀνεπίληπτον ἔ τὸ ἀσυκοφαντήτων λέγει. ἐπεὶ καὶ ὁ ἀπόστολος παντοδαπὰς συκοφαντίας ἐπέμεινε. Nam tunc valet Graecorum illud prouerbum: ἔτε γὰρ ὁ ζεὺς πᾶσιν ἀνδάνειν δύναται, sed saepissime etiam ab impiis reprehenditur, et iniuria adfcitur, hominibus.
- μ) Nimius enim timor frequentissime malae causae est indicium, et hinc Deus ipse minatur, tunc, cum ipse puniturus sit terram, et viris defuturum esse animum Es. XIX, 3. Ier. IV, 9. Ezech. XXI, 7. c. XXXII, 10. coll. Leuit. XXVI, 36.
- ν) Verbis, maxime emphaticis pariter, atque tragicis, deplorandam hanc temporum nostrorum faciem depingit Heidegger. in Recreat. Sacr. P. I. de idea honest. Christ. p. 310. seqq., ad verba apostoli: αἱ ἡμέ-
ραι

ecclesiae pridem immortaliter meritis, e quibus Par Venerabile Tecum hodie, in certissimam ecclesiae spem ac solatium, eiusdem dignitatis gradus conscendit, et publicos laetantis academiae fert plausus, turbulento alias rerum nostrarum statu, laeta adhuc veneretur. Christus modo, vnicum ecclesiae suae fundamentum, has purioris doctrinae columnas, sibi, λίθω ἀκρογωνναίῳ ξ) innixas, suo robore instruat, sustentet, et contra omnes irruentium malorum impetus conferuet, ac plures in domo sua in dies erigat eiusmodi ἀμετακινήτους καὶ ἀσαλεύτους ἐκκλησίας σύλους.

ραι εἰσι πονηροί Ephes. V, 16. Πονηρίαν vero illam nostri saeculi iam olim praevidit, et delineavit Paulus i Tim. IV, 3. 4., ubi κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν, interprete Hesychio, sunt ζητῶντες ἀκῆσαι τι καὶ ἡδονήν.

ξ) Hoc nomen Christo tribuitur Ephes. II, 20, et i Petr. II, 6. coll. Ef. XXVIII, 16. quia ille est fundamentum totius ecclesiae, et V. ac N. T., doctrinam legis et euangelii, et duos populos, Iudaeos ac gentes, in vnum quasi, coniunxit; quemadmodum loquitur, et patrum dictis illustrat, Suicer. T. I. p. 172. cum ἀκρογωνναῖος καὶ τοῖχος συνέχει, καὶ τὸς θεμελίους, teste Chrysostomo, Hom. VI. in Ep. ad Eph. Tom. III. p. 790.



Coll. diss. A. 217, misc. 14